



QE
945
.18
M36
1854



California Academy of Sciences Library

By action of the Board of Trustees of the Leland Stanford Junior University on June 14, 1974, this book has been placed on deposit with the *California Academy of Sciences Library*.



note

PRODROMUS
FLORÆ FOSSILIS SENOGALLIENSIS

AUCTORE
A. D. PROFESS. MASSALONGO
VERONENSI

(Cum 4 Tab.)

STAMPS BY LINDNER

750637

QE
945
I8
M36
1854

Prodromi floræ fossilis Senogalliensis titulum equidem grandem qui audiatur, quem pone sequatur quadraginta fortasse ejus loci plantarum enumeratio, mirabitur procul dubio tam paucis subsidiis, tantam argumenti molem suscipi pertractandam. Nec id injuria quum ipsem et sæpius ab hoc consilio abstinere satius duxerim, et rem differendam in aliud tempus putaverim, sperans fore ut majorem specierum numerum quandocumque in unum congerere possem, aut eruditum aliquem rerum naturalium cognoscere, qui pluribus auxiliis adjutus locum illum celebrare aggrederetur. Sed ab anno 1849 quo a præstantissimo atque amiciss. geologo Scarabelli *Forocorneliensi*, paucas quas descripturus sum species, cum aliis permutas accepi, irritum spes omnis cecidit, quare confido benignitate in me usuros Italos, si viderint concessum esse cupiditati illustrandi Floram, cuius hactenus paucas incertasque notitias habebamus. — Utinam liceret argumentum latioribus finibus circumdare, equidem nisi vires deficerent, nisi hujusmodi indaginum amor fortasse nimius me falleret, si cives nostri majorem operam darent huic studio, quod in aliis, Europæ regionibus tantos edit progressus, quum apud nos in ipsa infantia heu! versatur, in vulgus proferre ausus essem non tam *Prodromum Floræ Senogalliensis*, quam Floram fossilem miocenicam Italiam universam: quod opus nimio nostro dedecore nondum possidemus, quamvis natura, suas inter nos opes quascumque omni tempore diffuderit, ut non tam ejus superficies sed viscera ipsa *Europæ hortum* præseferant.

Quot hisce temporibus loca nostræ peninsulæ cognita sunt organicis vegetabilibus reliquiis redundantia? Abundat Trinaeria tellus, abundant Pedemontium ac Hetruria et Venetæ Provinciæ, ubi tot tantasque rerum naturalium opes mihi contigit reperire. — Quare igitur non complectimur nos ea, nec conjunctim illustramus, ut flora quæ olim felices agros nostros exornabat possit cognosci? Clarissimus A. Prof. Costa *Ichthiolithogiam* Italicam pollicitus jam est, extant opera de molluscis aliisque animalibus fossilibus totius fere Italiæ, restat nihil aliud quam flora fossilis Itala, post quam habebimus exoptatam integrum Palaeontogiam nostræ peninsulæ

Pauci admodum ad nostram hanc ætatem, naturalium scientiarum docti Itali extitere, qui plantarum fossilium studio se se unice applicuerint, et obiter tantum nonnullas passim de hisce rebus illustrationes tradiderunt: si excipias epistolam *Vivianii de Phyllitibus oppidi Stradella, Iriam inter et Placentiam*, tum animadversiones *Procaccini Ricci*, et elucubrationem Prof. J. *Bianconi*, (*Ann., Bonon., 1838, T. I, pag. 343-390*), qui primus in Italia plantas fossiles in ordinem redigere aggressus est, juxta nervos ac venas, cæteri omnes *Savi*, *Meneghini*, *Catullo*, *Brocchi*, *Parlatore*, *Moretti*, *Breislak*, *Pilla*, *Santagata*, *Bertoloni*, *Meneghini*, etc., etc. aliquas tantum species in suis operibus descripserunt, aut de earum in aliquo loco existentia monuerunt (*).

Non igitur examini subiectiam quod in scientiæ utilitatem clari illi viri præstitere: uni me floræ *Senogallieni* quæ hujus meæ elucubrationis finis est dicabo. Præmittam nonnullas animadversiones tantummodo in geologiam illius loci et locorum affinium, utens scriptis *Procaccini Ricci*, qui præ omnibus accuratius cognovit, et præsertim celeb. geologi *Scarabelli* e foro Cornelii, qui primus omnium certe statuit periodum ad quam debeant referri. Deinde exhibeo descriptiones paucarum specierum, quas præ manibus haberi, aut de iis audiri contigit, quibus addam omnes eas plantas, quæ hactenus repertæ sunt ac descriptæ in formationibus miocenicis Italiæ mihi cognitis; demum subiectiam prospectum *Floræ fossilis Senogallensis* cum aliis floris Europæis comparatæ.

Plura sunt agri *Senogallensis* loca in quibus inveniuntur affatim plantæ fossiles, et præsertim ad *S. Angelo* (Cave della Canuta), *Scapezzano*, *S. Gaudenzio*: constant omnia stratis quibusdam margaceis interpositis vel vicissim sibi succendentibus cum exiguis aliis stratis gypsaceis, argillosis, aut calcareis, quæ a *Bononia*, ad *Senogalliam*, et verisimiliter, ad *Asculum* usque pertinent.

Juxta animadversiones doctissimi amici mei *Scarabelli* expositas in ejus opusculo cui titulus *Sur la formation Miocene du versante N. E. de l'Appenin de Bologne et Sinigallie* (*Bull. Géol. de Franc. 2.^e Sér. T. VIII, pag. 234*) hæc depositiones miocenicæ dividi possent in tres classes, prout invicem sunt superpositæ. *Prima classis* offert sursum deorsum depositiones *saxi molassici*, *conglomeratorum*, et iterum *saxi molassici*: *secunda classis* argillam, saxum calcarœum et gypsum, et saxa *sulphurifera*: *tertia classis* saxa *molassica*, quæ sequuntur saxum quod vocant *macigno*, saxum calcareum rubrum, et saxum quod appellant *Scaglia*. — Hinc patet saxum *molassicum* in inferioribus ac superioribus partibus inveniri, ut etiam in Samnitibus animadverterunt illustres viri *Spada* et *Ursinius* (*Bull. 2.^e Sér., tom. II, pag. 408*), quod constat exiguis granulis siliceis conjunctis cæmento quadam argilloso, vel aliquando cæmento calcareo. — Secus viam Bononiensem videri possunt hæc duo genera

saxi molassici, et præsertim apud loca *Praduro*, *Sasso-Vergato*, *Sogliano*, *Pesaro*, *Perticaja*. — Color etiam hujus saxi alius est, luteus tamen in depositionibus recentioribus, cinereus in antiquioribus obtinet: varia etiam est stratorum crassitudo ac densitas, et nonnullis in locis mirifica (S. Marino, Monte-Bello, S. Leo), eaque accipiunt interdum formam schistosam.

Declivitas quoque eorum varia admodum est, sed quæ magis sunt inclinata eadem fere sunt antiquiora. Saxum *Molassicum* continet sæpe strata magis minusve conspicua *Lignum* (Sogliano, S. Marino, S. Leo, Perticaja) et designatur fossilibus sequentibus: *Lamna contortidens* Ag. *Oxyrhina isocelica* E. Sism. *O. xiphodon* Ag. *Carcharodon megalodon* Ag. *crassidens* E. Sysm., *polygyrus* Ag. *Sphaerodus cinctus* Ag. *Echinolampas Laurillardii* Ag. *Lucina transversa*, *Pecten scabrellus* Lam. *Polia legumen* Orb. *Conus striatulus* Brocch. *Mitra plicatula*, *Terebra duplicata*, *Ranella laevigata*, *Natica olla*, *Cerithium crassum*, *bicinctum*, *Ostrea virginica*, *maxilla*, *Murex trunculus*, etc. etc.

In argillis vero margaceis Senogalliensibus quæ continent Phyllites et Ichthiolites inventa sunt sequentia fossilia *Pecten duodecim-lamellatus?* Bron. *Nucula concava?* Bron. *Chama arietina* Broc. *Cardita intermedia?* Lam. *Corbula cuspidata* Bron. *Schizaster canaliferus* Ag., etc., etc., et præterea species planatarum infra descriptarum.

Sub saxo *molassico* sequuntur ordine, duo vel tria strata *conglomeratorum* quæ constant fere saxis calcareis antiquioribus, et lapidibus aliis generis. Hæc conglomerata quæ ad 8 vel 10 metrorum altitudinem pertingunt, continent (Sogliano) lapides aliquos *serpentinosos*, et videntur interesse depositioni calcareæ superius, et gypsaceæ inferius, quæ tamen res certa nondum plane est, quod plerumque gypsum et calcareum saxum una reperiuntur. — Ad secundam classem gradum facio, sub saxo *molassico* invenitur species quædam argillæ de qua verba fecit sane docte prof. Bianconi et vocavit *Argilla scagliosa*, eaque propter uniformitatem cum stratis superioribus molassicis et inferioribus Fucoideis (S. Marino, Montebello) a Scarabellio ut *miocenica* procul dubio exhibetur. Variam multimodis illam faciunt *saxa serpentina*, et continent ubique sulphas calcis abundanter ($^{40}/_{100}$) præter *Baritina* passim et gypsum *lenticulare* et *Pyrites* et *Aragonites*, etc.

Hæc strata argillosa diversa aliquanto sunt prope Senogalliam (Canuta), et intersunt depositionibus margaceis fossilibus scatentibus, et saxo *molassico* gypsaceo. Quare rupes quæ sequitur argillam, est aliquando gypsum, aliquando saxum calcareum margaceum fucoideum, quod aliquando eminet inter argillam et gypsum; non tamen uno semper modo, neque enim calcareum gypso semper impendet, evanescit quippe quum hic ad maximum pertingit, eminet contra quum hic vix appetet.

Hoc saxum calcareum colore albido-lutescente pauca præbet fossilia, et distinguitur nonnullis cryptogamis aquaticis relatis a cl. Scarabelli ad *Fucoides Targionii* et *intricatus*, qui plurimi reperiuntur in M. *Gelli*, *Giardino*, M. *Mogio*, etc. Abstinere non possum quin mea aliqua dubia exponam de hoc calcareo, nihil obstantibus doctis animadversionibus clarissimi *Scarabelli* (loc. cit., pag. 46) et Pareto (*Mém. soc. Géog. fran.* I Ser., tom. I, pag. 125). Suspicio enim est ne aut calcareum sit loco non naturali, aut *Fucoides* sint revera aliud a supradictis. *Fucoides Targionii* et *intricatus* pertinent ut notum omnibus est ad *Formationem cretæ*, et proprie ad formationem saxi *Albii chlorotici* vel *albii cæmenticii* (Grünsand, Plæner, Quadersandstein, Germanorum) et nondum quod sciam reperti sunt in depositionibus perantiquis periodi tertiariae, ideoque eo magis dubia est eorum præsentia in recentioribus. Moneo igitur géologos eorum locorum ut hanc rem maturius considerent, quæ tanti interest non solum geologiæ, verum etiam botanicæ, quo possit definiri quandonam apparuerint duo illa vegetabilia, et ad quod tempus viguerint. Sub hoc calcareo inveniuntur exigua plura strata gypsacea, et sub his constanter repe riuntur rupes *sulphiferæ* diversa quidem natura, nempe aliquando sabulosæ et schistosæ, aliquando calcareo-margaceæ. Sulphur interdum symmetricas accipit formas, maxime in rimis, æque ac *sulphas strontianæ* et *sulphas calcis*. Depositiones gypsaceaæ Senogallientes quæ continent plantas, conchas, et pisces, diversæ prorsus sunt, ab illis de quibus verba fecimus, non tam propter structuram quam propter fossilia, sibi enim invicem succedunt sæpius cum marginis fossiliferis, et argillis schistosis, sub quibus existit marga calcarea-silicea, quæ forte idem est, ac supradieta rupes calcarea fucoidea. Sulphur hic reputatur quamvis in pulverem conversum, in rimis simul cum mineralibus supradictis. Sub his depositionibus gypsaceis iterum appareat saxum molassicum eodem ordine ac natura. In agro Foro Corneliensi haec strata distinguuntur dentibus *Carcharodon Grassidens* E. Sism. *angustidens* Ag. *Lamna contortidens* Ag. et *Pectinibus Scabrellus* Lam. *Pectunculus glycimeris* et speciebus indeterminatis generum *Trochus*, *Buccinum*, *Tellina*, etc. In depositionibus Senogallientes abundant plantæ fossiles, præsertim quæ pertinent ad *Cupuliferas*, *Acerineas*, et *Balsamifluas*.

Qui plura desiderat de his depositionibus quæ ut norunt omnes pertinent ad periodos a Brocchio assignatas ad ejus formationem *Subappenninam*, consulat opera quæ retulimus in hac lucubratiuncula, et præsertim animadversiones cl. Scarabelli a quo ferme ad litteram res præcipuas excerptimus. Quod ad depositiones Senogallientes consultantur præ cæteris quæ scripserunt, *Procacinus Riccius*, *Marsilius*, *Passerius*, *Spadonius*, et Acta primi Congressus doctorum italorum (pag. 69).

Tandem animadvertisam, depositiones etiam prope Papiam (Stradella) pertinere procul dubio ad eamdem formationem gyporum Senogalliensium, ideoque tum illas tum has referri debere ad periodum miocenam, æquæ ac Hetruscas (M. Bamboli e M. Massi) in quibus omnibus locis extant plantæ fossiles quas infra describam.

Veronæ IV idus Januarias 1853.

PRODROMUS

PALMAE.

FLABELLARIA STERNB.

Flabellaria spathulata Massal.

Fl. Foliis longe petiolatis flabellato-pinnatis, pinnis rhachidi triangulari-cuneatæ pollicari, incidentibus, numerosis congestis, radiatim plicatis indivisis, margine repandis, petiolo tereti, apice dilatato.

Syn. — *Uraniphyllites spathulata* Savi. *Miscell. di chim. fisic. e stor. nat.* N. 3, Pisa, 1843. — Savi, *Sopra i carboni fossili delle Marem.*, pag. 55, tab. I, fig. 8. — *Flabellaria Saviana* Parlat.? *Lett. al Prof. Savi* 1.^o luglio 1843. — Savi, loc. cit., pag. 67-68.

Abit. In schisto calcareo phœtido ad M. Bamboli Italiae.

Observat. Absque dubio nova est hæc species, sed incertus hæreo, an ipsa vere sit species quam Prof. Parlatore intellexerit Prof. Savi dicare. Quum hæc species mihi non aliunde cognita sit, quam propter diagramma edita a Prof. Savi, eadem causa præbere majorem illustrationem nequeo, et remittendus mihi lector est qui optaret eam penitus cognoscere, ad superius citata opera.

Flabellaria Parlatorii Massal.

Fl. Foliis longe petiolatis flabellato pinnatis, pinnis rhachidi triangulari-cuneato-acuminatæ pollicari incidentibus, numerosis, basi congestis, apice divisis, linearibus angustis, integris, bifidisque, radiatim plicatis, petiolo tereti æquali.

Synon. — *Flabellaria raphifolia* Parlat. (Non Sternb.) *Lett. al Prof. Savi*, loc. cit. — Savi, loc. cit., pag. 67-75, tab. II, fig. I.

Abit. Cum priore.

Observ. Clar. Professor Parlatore retulit hujusmodi speciem in M. Bamboli inventam ad *Flabellariam Raphifoliam* Sternbergii: multis tamen de causis oponio ejus non mihi videtur amplectenda. Et in primis *Flabellaria*

Raphifolia Sternb. præsefert folia ad petiolum usque divisa, et rhachidem arcuatam obtusamque, quæ duo desunt omnino in specie a Prof. Savio depicta, quæ ut ipse scripsit atque optime depinxit, ante oculos obiect rhachidem formæ triangularis, cum vertice peracuto, et laminam folii in lacinias partitam, quæ una simul adnectuntur, multo antequam perveniant ad basim petioli. Dicendum potius est inter cognitas species, *Flabellariam Parlatorii* accedere ad *Flabellariam Lataniam* et *Oxyrhachidem*, quin tamen hanc vel illam imitetur.

CUPRESSINEÆ

TAXODITES UNG.

Taxodites dubius Sternb.

Tab. nost. IV, fig. 6.

T. Ramulis teretibus, foliis approximatis alternis oppositis, breviter petiolatis linearis-lanceolatis planis uninerviis, utrinque acutis, inferioribus triplo brevioribus, lanceolatis (Amentis staminiferis subglobosis plurimis in spicam terminalem dispositis, strobilis ovato-oblongis terminalibus, squamis sublignosis.) — Ung. *Gen. et spec. plant. foss.*, pag. 351. — *Iconogr. plant. foss. tab. 10, fig. 4-7.* — Stern. vers. II, pag. 204.

Syn. — *Phyllites dubius* Sternb. vers. I, 3, pag. 37, tab. 36, fig. 3-4 Index (tab. 24, fig. 2?) *Taxodites pinnatus* Ung. — *Synops. pl. foss.*, pag. 194.
Abit. In schisto margaceo ad *Senogalliam* Italiæ, in argilla plastica et jaspido ad *Bilinum* Boemæ, nec non ad *Parschlug* Stiriae.

Obser. Meum exemplar consistit in ramuscule longitudinis vix duorum pollicum, et secum affert 45-46 foliola utroque latere clara ac distincta, et nervulum medianum valde conspicuum. Inter species viventes adsimilatur *Taxodio distico* Rich.

THUITES UNG.

Thujites Spec. Ind. Savi.

Loc. cit., pag. 74, fig. 9-10, tab. I.

Abit. In argilla cinerea miocenica agri Florentini ad M. *Vaso* (Botro-Lavajano), nec non in argilla bituminosa ad *Caniparola* Italiæ.

Observ. Non satis bene depicta hæc species conspicitur, ut quis possit judicium proferre de ejus specifica essentia; certum tamen est ipsam ad genus *Thujites* spectare.

ABIETINEÆ.

PINITES ENDL.

Pinites Saturni Göpp.

Tab. nost. II, fig. 4.

P. Foliis ternis acerosis elongatis rigidis, vaginis productis. (Strobilis aggregatis pedunculatis patentiusculis ovato-conicis, squamarum apophysi depresso-pyramidata transversim rhombea, umbone plano rhombeo-umbonulato.) Ung., *Gen. et sp. pl. foss.*, pag. 362. — Göpp. in *Bronn. Gesch. d. Nat. III, 2*, pag. 41. — Endl. *Synops. Conif.*, pag. 286.

Synon. — *Pinus Saturni* Ung. Chl. Prot. pag. 16, tab. 4-5. — *Pitys Saturni* Ung. Syn. pag. 198.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Senogalliam* Italiae, nec non in calcareo argillaceo ad *Rodobojum* Croatiæ.

Observ. Valde corruptum est fragmentum, quo usus sum in examine, quodque imperfecte, ibidem depictum fuit. — Nullum tamen dubium relinquit quoad ejus determinationem, quoniam diligenter intuenti apparent optime omnes ejus characteres.

Pinites Urani Ung. ?

P. Strobilis ovalibus? (2 poll. long., 4, 5 poll. lat.), squamarum apophysi deflexa, carina transverse elevata, latere superiore convextiore, umbone parvo mutico? (Seminum ovatorum magnorum, ala lanceolata-obtusata.) — Ung., *Gen. et Spec.*, pag. 363. — *Icon. pl. foss.*, pag. 26-27, tab. 14, fig. 5-6. — Savi, loc. cit., pag. 76, tab. II, fig. 42?

Abit. In calcareo molassico ad M. *Massi* Italiae, nec non in schisto margaceo ad *Rodobojum* Croatiæ.

Observ. Valde ineertum est utrum hæc species quam clar. Savius depinxit, spectet ad novas aut ad cognitas generis *Pinites*, et ut res absolveretur opus esset exemplaria habere præ oculis. — Inter species adhuc cognitas convenit præcipue cum *Pinite Urani* Ung. etsi ejus squamæ valde maiores sint ac diversimode dispositæ, indicia e quibus judicari potest hoc quoque fossile pertinere ad novam quamdam speciem generis de quo quæstio est. Alicui forte videbitur minus æquum, ac audax judicium quod protuli simplicibus tantummodo innixus diagrammatibus, quæque etiam haud perfecta sunt; sciant tamen omnes me id facere ad hoc ut ii qui ea possident fossilia, omnem in iis perquirendis curam adhibeant.

Pinites Spec. Ind. Savi.

Loc. cit., tab. II, fig. 10. — *Miscel.*, loc. cit., N. 3.

Abit. In schisto calcareo ad M. *Massi* (Fonte al Tamburino.) Italiæ.

Observ. Absque dubio spectant ad genus *Pinites*, parvæ illæ imagines alatae quæ conspiciuntur in figura *decima* tabulæ *secundæ* operis Clar. Savi superius citati. — In incerto tamen res adhuc est, utrum eæ pertineant ad novam aliquam speciem, an vero ad cognitas, et ut res definitiatur apparteret exemplaria præ manibus hábere, proximæ tamen sunt *Piniti Goethani* Ung. Una cum hisce *Pinites* imaginibus, cernitur quoque typus quidam linearis oblongus, quibusdam transversis appendicibus præditus. Ipse forte esse potest aquatica planta et probabiliter species generis *Drepanophici* Göpp. (aut *Pinnulariae* Lind. et Hutt.?)

ARAUCARITES STERNB.

Araucarites Sternbergii Göpp.

Tab. nost. IV, fig. 9.

A. Ramis sparsis, foliis ovatis acutis v. acuminatis subfalcatis, basi decurrentibus imbricatis, apice patentibus. Ung., *Gen. et Sp.*, pag. 384 — Göpp. in *Bronn. Ges. d. Nat.*, pag. 41; III. — Massal., *Sopra le piante foss. del Vicent.*, pag. 410. — Ung. *Fl. von Sotzka*, p. 157, tab. 24, fig. 1-14. — Tab. 25, fig. 1-7.

Synon. — *Cystoseirites dubius* Sternb. vers. II, tab. 9, fig. 5-6, tab. 17, fig. 1. — *Cystoseirites taxiformis*. Stern. ver. II, tab. 18, fig. 1-3. — *Juniperites?* *cæspitosus* Brong. of the Soc. Ged. VII, p. 373. — *Lycopodites cæspitosus* Schl. petref., p. 416.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Senogalliam*, in schisto margaceo ad *Salcedo* et *Chiavon* agri Vicentini Italiæ, nec non ad *Hæring* Tirolis et *Sotzka* Stiria.

Observ. Parvum quidem est hoc fragmentum depromptum ex gypsis *Senogalliensibus*, attamen sufficit ut existentia eo loci probetur hujus speciei. Si quis optaret de hac specie aliquod præterea cognoscere, legat ea quæ ediderunt supra dicti auctores, quodque egomet in lucem protuli, pag. 140-143 mearum *Osservazioni sopra le piante fossili del Vicentino* (Patavii, 1851).

TAXINÆ.

TAXITES BRONG.

Taxites Langsdorfi Brong.

Tab. nost. 2, fig. 10.

T. Foliis linearibus subsessilibus acuminatis confertis, nervo medio valido a stomatibus resiniferis paginam inferiorem dense obsidentibus discreto. — Ung., *Gen. et Sp.*, pag. 389. — Brong., *Prod.*, p. 108-208. — Ung., *Iconog. pl. foss.*, tab. 15, fig. 13. — Ettings, *Beitrag zur foss. Fl. von Wilds.*, pag. 6, tab. 1, fig. 1. — Weber, *Die Tertiär. Flor. der Nied.*, tab. I, fig. 8-9, pag. 52. — Ung., *Blätterung. von Swosrow*, tab. 13, fig. 1. — Göpp., *Mognog. der f. conif.*, pag. 246.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Senogalliam* Italiæ, ad *Niddam* prope Francofortum, ad *Rott* et *Quegstein* prope Bonnam, ad *Zilingsdorf* prope Neostadium Austriæ, ad *Vindobonam*, ad *Swoszowice* Galiciæ, nec non ad *Wildsuth*.

Observ. Hæc species simillima *Cupressit. taxiformi* Ung. ejusque *Taxitide Rosthorni* nec tamen par, est una ex communioribus coniferis quæ reperiuntur in periodis tertiariis Europæ, ut videre est ex pluribus locis antea eitatis; strata quoque gypsacea Senogalliæ haud ipsa carent, quin immo quam maxime abundant. Foliola in meo exemplari obtusiuscula evadunt, ac nervum medium satis conspicuum demonstrant.

SALISBURIA SMTII.

Salisbury adjantoides Ung.

S. Foliis late rhomboideo-subflabelliformibus (bipollicaribus) in petiolum angustatis integris sublobulatisve, flabellatim nervoso-striatis. — Ung., *Gen. et spec. pl. foss.*, pag. 392.

Syn. — *Ginko biloba*. Procaec. *Ann. Sc. Nat.*, Bol., 1838, T. I, tab. IV, fig. 3, pag. 209, N. 62.

Abit. In formatione tertiaria miocenica ad *Senogalliam* Italiæ.

BETULACEÆ.

BETULA TOURN.

Betula Driadum Brong.?

B. Foliis ovato-acuminatis denticulatis. — Ung., *Gen. et sp.*, pag. 397. — Brong., *Prod.*, pag. 143-214. — *Ann. Sc. Nat.* XV, pag. 45, tab. 3, fig. 5. — Ung.

chl. Prot. tab. 34, fig. 2-5. — Viviani, *Mém. Soc. Géol. de Fr.*, T. I, p. 1, N. VII, tab. X, fig. 6?

Abit. In stagnigeno gypso ad *Stradellam* prope Papiam Italiæ.

Observ. Valde imperfectum est fragmentum folii depictum a Vivianio in *Mémoires Societatis Gallicæ Geologicæ*, quod ego dubium refero ad speciem de qua quæstio est. Consultius forte esset nihil de eo dicere, nisi ad id me impelleret spes permovendi eos in quorum manibus sunt exemplaria authentica ad examinanda objecta a majoribus nostris delineata ac descripta.

ALNUS TOURN.

Alnus Sudveolens Viv.

A. Foliis petiolatis orbicularibus obtusis crenatis? penninervis, nervis secundariis simplicibus parallelis. — Ung., *Gen. et sp. pl. foss.*, pag. 398. — Viv., loc. cit., pag. 131, fig. 3, tab. IX.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Stradellam* prope Papiam Italiæ.

Observ. Folium longum paulo plus duobus pollicibus, latum unum pollicem et quatuor lineas, forma orbiculari obtusa, et fortasse ad margines crenatum, præditum eminenti ac conspicuo nervo mediano, et nervis secundariis oppositis simplicibus parallelis.

ALNITES GÖPP.

Alnites Venosa Massal.

Tab. nost. IV, fig. 2.

A. Foliis ovato-ellipticis penninerviis, margine late crenatis, apice obtusis, nervis secundariis sub angulo acuto e nervo primario egredientibus, 5-6 mil. inter se remotis, venis crassis sub angulo recto orientibus, inter se conjunctis, et rete venoso conspicuo irregulariter rhombeo-tetragono efformantibus.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Senogalliam* Italiæ.

Observ. Hoc folium tantam cum foliis aliquibus Betulaceis affinitatem præsert ut nullum sit dubium de ejus determinatione. Accedit inter fossiles plantas ad *Fagum Feronie* Ung., *Arthocarpidium olmediæfolium* Ung., *Carpinum productam* Ung., et *Arthocarpidium cecropæfolium* Etting; et præsertim ad *Alnitum emarginatam* et *pseudoincanam* Göppertii, ita tamen ut ad omnibus differat. Iactura est folium haud integrum esse, quare nihil dici potest de ejus petioli longitudine.

Observatione dignum est in hac phyllitide rete venosum, forte admodum ac conspicuum.

Alnites incerta Massal.

A. Foliis subcordato-oblongis integriusculis, brevissime petiolatis acutiusculis penninerviis, costa valida, nervis oppositis alternisve sub angulo 25-30 orientibus, 5-8 mill. inter se remotis, venis (nonnumquam obsoletis) sub angulo obtuso egredientibus. — Viv., *Mém. Soc. Géol. de Fr.*, loco citato, Tab. IX, fig. 1-2.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Stradellam* prope Papiam Italiæ.

Observ. Incertum valde est debeat ne hoc folium Betulaceis adscribi, neque definire tuto possem cum quibus hujus familiæ generibus connumerari debeat, melius quam cum *Alno lorullensi* Kunth. mexicana, quæ aliqua ex parte similis esse videtur. — *Alnus suaveolens* Vivianiæ dici ne debet species distincta, an fragmentum hujus typi media ex parte abrupti? Hæc phyllites longa est tres circiter pollices et lata unum ejusque tertiam partem, leviter cordata, crassis iisque conspicuis nervis, et vestigiis rufis cujusdam retis venosi. Inter species fossiles accedit ad *Alnum Diluvianum* Unger.

CUPULIFERÆ

QUERCUS LINN.

Quercus drymeja Ung.

Tab. nost. III, fig. I.

Q. Foliis longe petiolatis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis cuspidato-dentatis glabris, penninerviis. Ung., *Gen. et spec.*, pag. 400. — Chl. Pro. tab. 32, fig. 1-4. — Fl. v. Sotzka, tab. 8 (29), fig. 1-2, pag. 33 (163).

Abit. In gypso stagnigeno ad *Senogalliam* ad *Stradellam* prope Papiam Italiæ, nec non in schisto calcareo ad *Sotzka*, *Parschlug*, *Sagor* et in aliis locis.

Observ. Fateor hæsisse me plurimum, quoad determinationem hujus Phyllitidis, quum invenerim plures similitudines præter quam cum *Quercu drymeja* Ung., etiam cum diagrammatibus *Comptoniæ ulmifoliae*, *Iuglandis hydrophilæ* ejusdem auctoris: tamen ad primam retuli ob formam marginum, dentes multo minus acutos preferentium, quam *Comptonia ulmifolia*, et ob majorem frequentiam nervorum, eorumque minorem numerum in *Iuglande hydrophyla*.

Tamen similitudo *Quercus Drymejae* cum foliis *Comptoniæ asplænifoliae* et *Iuglandis aquatice* hodie vigentium, incertum admodum relinquunt debeat ne hæc phyllites cum genere *Quercu* collocari.

Quercus urophylla Ung.

Tab. nost. II, fig. 8.

Q. Foliis ovato-lanceolatis basi productis acuminatis subcoriaceis curvatisque penninerviis, inæqualiter dentatis, dentibus conspicuis obtusiusculis apice sursum flexis. Ung., *Gen. et Spec.*, p. 403. — Fl. v. Sotzka, p. 33, tab. III, fig. 9-14. — Massal. *Piant. foss. del Vincent.*, pag. 131.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Senogalliam*, in schisto margaceo ad *Salcedo* et *Chiavon*, agri Vicentini, Italiae, nec non ad *Sotzka* et *Parschlug* Stiriae.

Observ. Folia *Iuglandis elænoides*, Ung. *Driandroidis hakaeefoliae* ejusdem auctoris, et etiam *Quercus Lorchitis* Ung., et præcipuæ forma depicta a Weberio (*Die Tertiär. Fl. dier. Nied.*, tab. I, fig. 16, Cassel, 1852), nec non *Quercus Urophyllæ* præferunt omnia similitudinem cum meo typo, et eadem *Castanea atavia*, quare judicent alii num ipse jure collocaverim hanc phyllitidem sub specie de qua disseritur, cum qua re vera majorem exhibet quam cum cœteris similitudinem.

Quercus myrtilloides Ung.

Tab. nost. II, fig. 11.

Q. Foliis pollicaribus petiolatis ovato-lanceolatis obtusis integerrimis, coriaceis, nervo primario distincto, nervis secundariis nullis. — Ung., *Gen. et Sp.*, pag. 404. — *Iconog. pl. foss.*, pag. 38, tab. 18, fig. 17-20.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Senogalliam* Italiae, nec non in schisto calcareo ad *Parschlug* Stiriae.

Observ. Folium longum paulo plus uno pollice (in meo exemplari $4 \frac{1}{2}$), forma ovato-lanceolata, margine integerrimo, et costa prædistincta, absque nervis. — Inter species vigentes accedit ad *Quercum myrtifoliam* Wild. Americæ septentrionalis.

Quercus Senogallensis Massal.

Tab. nost. I, fig. 2, et Tab. IV, fig. 10.

Q. Foliis late lanceolatis inciso-sinuatis integerrimis, utrinque attenuatis sul integris breviter petiolatis, acuminatis, costa valida, nervis sub angulo acuto egredientibus 8-10 mill. interse remotis, leviter arcuatis, venis sub-angulo recto egredientibus inter se conjunctis.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Senogalliam* Italiae.

Observ. Nullum relinquit dubium hujus phyllitidis determinatio, cum tantam præferat similitudinem cum foliis *Quercum* hodie vigentium, quarum tamen characteres non exhibet, excepta quadam analogia cum foliis

Quercum Prinos et acuminatae. Inter species fossiles accedit ad *Quercum pseudo-castaneam* Göpp. (*Beiträg. zur Tertiär. Fl. Sch.*, tab. III, fig. 4-2), quæ tamen minus acuta est, cum dentibus in margine acutioribus, et nervis frequentioribus.

Folium *Quercus Senogalliensis* longum est 4 vel 5 pollices, latum paulo plus uno pollice cum dimidio. — Exemplar a me depictum in tabula I, fig. 2, non offert vestigia venarum, sed habet distinctos eosque alternos et parallelos nervos laterales, qui 8 vel 40 in utroque latere numerantur; exemplar vero depictum in tab. IV, fig. 10 offert indicia venarum, et partem ipsius petioli.

Quercus deformis Massal.

Q. Foliis oblongo-lanceolatis obsolete-lateque-repandis incisisve, margine integrimis, apice ovato-acuto, costa valida, nervis tenuibus parallelis simplicibus distantibus oppositis alternisve, sub angulo 35-80° e nervo primario egredientibus, apicibus inter se conjunctis.

Sin. Ulmus campestris. Biancon. *Sist. Vas. delle Fill.* Ann. di Bol. vol. I, 1838, pag. 387, tab. XII, fig. II.

Abit. In margine calcarea-arenoso Montis S. Joannis et M. Pragatto in agro Bononiensi Italiæ.

Observ. Nullum dubium est quin hæc species referri debeat ad genus *Quercus*: longa est 4 circiter pollices, lata unum vel unum cum dimidio, margine inæquali, varie repando, nervis raris oppositis alternisve, simplicibusque et apice tantum divisis et inter se conjunctis.

Quercus zelkovæfolia Massal.

Tab. nost. III, fig. 9.

Q. Foliis breviter petiolatis basi subæqualibus ovato-oblongis, v. leviter subcordatis dentatis, penninerviis, nervis secundariis numerosis subsimplicibus.

Synon. *Ulmus zelkovæfolia* Ung. *Gen. et Sp. pl. foss.*, pag. 411.— Chl. Prot. tab. 24, fig. 7, et tab. 26, fig. 7. — Web., loc. cit., tab. 2, fig. 6. — *Quercus oreadum*. Web. die Tert. Flor. der Nied., tab. I, fig. 13.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Senogalliam* Italiæ, in schisto calcareo ad *Par-schlag* Stiriae, nec non ad *Vindobonam* et alibi.

Observ. Meum exemplar idem est cum exemplari depicto in tabula 26, fig. 7.

Chloris protogæ ita ut unum videatur. Claris. D. Ettingshausen in sua *Flora fossili Windobonensi* censem hæc folia potius quam ad genus *ulmus* referri debere ad genus *Planera* cum quo etiam conjugaret *Ulmum* pâr-

vifoliam A. Braun. *Ulmum prælongam* Ung., *Fagum atlanticum* Ung., et ipsam *Comptoniam ulmifoliam* Ung. Doctissima ejus argumenta equidem miror, sed fateri debeo persuasum mihi esse non posse, folia omnia ab ipso sub sua *Planera Ungerii* relata, pertinere ad unam eamdemque plantam debere. — Puto contra *Fagum atlanticum* et *Ulmum prælongam* esse procul dubio species insignes ac distinctas, et figuræ 5-6-7-10-11-12-15 esse quidem unum ac idem cum *Ulmo zelkovæfolia*, sed ejus figuræ 8-13-14-16 (Fl. von Wien, tab. 2) referendas esse fortasse tantum ad *Zelkovam Ungerii*, ad quam redigerem etiam folia depicta in *Chloris protogæa* 9-13, tab. 24, et fig. 19, tab. 20 *Iconographiæ plant. foss.*, et fig. 8-9-13-14-16 *Floræ fossilis Windobonensis*, tab. II. — Ego vero hanc speciem retuli potius ad genus *Quercus*, quia idem prorsus est ac *Quercus oreadum* Web. quæ (ni fallat icon) præfert parvam quandam glandulam ad basim folii, quare nullum relinquetur dubium de hac phyllitide, — Nescio tamen quo modo factum sit ut *Weberus* id non senserit, neque suspectaretur de similitudine suæ speciei cum *Ulmo Zeckovæfolia* Ungerii, nihil enim de hac re loquitur pag. 58 sui operis *Tertiär flora der Niederheinischen Braunkohlenformation*.

Quercus Papiense Massal.

- Q. Foliis ovato-ellipticis inciso-serratis dentibus cuspidatis, basi in brevem petiolum attenuatis, apicèque ovato-obtuso integris, costa conspicua, nervis simplicibus parallelis 8-10 mill. inter se remotis sub angulo 30-35° orientibus. — Vivian. *Mem. Soc. Géol.*, loc. cit., tab. XI, fig. 7.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Stradellam* prope Papiam Italiae.

Observ. Folium longum plus quam tres pollices, latum duos circiter: forma ovato-elliptica ad basim dilatata et integerrima, apice obtuso, marginibus utrinque dentato-cuspidatis, dentibus arcuato-adscendentibus. Ejus similitudo cum speciebus hodie vigentibus generis *Quercus* et potissimum cum illis Americæ Borealis, mirifica.

Quercus serra Ung.

Tab. nost. IV, fig. 5.

- Q. Foliis longe petiolatis rigidis subcoriaceis ovato-ellipticis acuminatis dentato-serratis dentibus subæqualibus apice callosis. — Ung., *Gen. et Spec.*, p. 400. Chl. Prot. tab. 30, fig. 5-7.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Senogalliam* Italiae, nec in schisto calcareo ad *Parschlug* Stiriae.

Observ. Meo exemplari deest pars inferior, quare longitudinem petioli deter-

minare tuto nequeo. *Quercus mediterranea*, *Alnus gracilis*, *Carpinus macroptera* Ung. offerunt quidem aliquam cum meo fragmento similitudinem, sed non eamdem quam *Quercus serra* supradicta.

Quercus mediterranea Ung.

Q. Foliis breviter petiolatis sub-cordato-oblongis acuminatis obtusisque, mucronato-dentatis nitidis penninerviis. — Ung., *Gen. et Sp.*, pag. 406. — Chl. Prot. tab. 32, fig. 5-9. — *Iconog. pl. foss.*, tab. 37, fig. 4-6.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Senogalliam* Italiae, nec non in schisto margaceo ad *Parschlug* Stiriae.

FAGUS TOURN.

Fagus Viviani Ung.

F. Foliis ovato cordatis obtusiusculis obsolete dentatis penninerviis, nervo primario recto nervis secundariis subsimplicibus parallelis. — Ung., *Gen. et Sp.*, pag. 406.

Syn. — *Fagus* Viv., *Mém. Soc. Géol. de Fr.*, loc. cit., pag. 132, fig. 12, tab. 11.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Stradellam* prope Papiam Italiae.

Observ. Incerta admodum est haec species; ejus enim characteres convenire possent cum multis e phyllitidibus cognitis, cum certa prorsus non sit restauratio a Vivianio excogitata, et possit esse vel non esse cordata. Casu vero quo recta esset restauratio, potius quam ad *Fagum* ad genus *Alnum* meo quidem judicio pertineret.

Fagus Faujassi Ung.

F. Foliis ovato-lanceolatis acuminatis integerrimis penninerviis, nervo primario recto, nervis secundariis subsimplicibus parallelis. — Ung., *Gen. et Sp.*, pag. 406.

Syn. — *Castanea* Faujas, *Ann. Museum de Histoire Nat.* II, pag. 343.

Croizet, *Bull. géol.*, 1833, IV, p. 22-26. — Viviani, *Mém. Soc. Géol.*, etc., pag. 122, tab. 11, fig. 10.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Stradellam* prope Papiam Italiae, in schisto margaceo ad *Rochesaave* et *Ravet*, nec non in terra lignitum ad *Menat Galliae*.

Observ. Aequa ac superior incerta est haec species, nam Vivianius fragmentum tantum superioris partis folii repräsentavit.

Fagus Deucalionis Ung.?

F. Foliis petiolatis ovatis acuminatis argute serratis penninerviis, nervis secundariis e nervo primario sub angulo acutiusculo egredientibus, simpli-

cibus parallelis, alternis, parum curvatis. — Ung., *Gen. et Sp. pl. foss.*, pag. 405. — Chl. Prot., tab. 27, fig. 4-4.

Syn. — *Fagus sylvatica*. Bianconi, *Sist. vasc. etc.*, pag. 386, tab. XII, fig. I. *Ann. di Bologna*, 1838, T. I.

Abit. In gypso margaceo *Senogalliae* et *Forilivii* Italiæ, nec non in arenaceo ad *Putschirn* Bohemiæ et *Parschlug* Stiria.

Observ. Certe prorsus tribui non potest hæc species *Fago Deucalioni* Ung., eo quod icon a Pr. Bianconio exhibito haud satis expressus est, tamen inter species cognitas ad ipsam propius accedit.

CASTANEA TOURN.

Castanea atavia Ung.

Tab. nost. III, fig. 2-4-7.

C. Foliis oblongis obtusiusculis v. acutis, basi angustata inæquali petiolatis, grosse dentatis, nervo primario stricto, nervis secundariis simplicibus pinnato. Ung., *Fl. v. Sotzk*, tab. 10 (31), fig. 5-7, pag. 34 (164). — Procacc., *Annot. delle fill. Ann. di Bol.*, T. II, 1838, tab. II, fig. 3.

Abit. In gypso margaceo ad *Senogalliam* Italiæ, nec non in schisto margaceo ad *Sotzka* Stiria.

Observ. Exemplaria hujus speciei quæ describo, sunt variæ magnitudinis, et quæ tantum repræsentantur fig. 2-7 sunt perfecta; quarta enim multo adultior medio fracta est. Nervi omnes conspicui, et tantum in fig. 4 videntur indicia venarum quæ exiles oriuntur sub angulo recto, e nervis secundariis. — Inter species vigentes congruit hæc planta fossilis cum *Castanea pumila* Mill. Americæ septentrionalis.

CARPINUS LINN.

Capinus grandis Ung.

Tab. nost. III, fig. 3.

C. Foliis petiolatis ovato-oblongis subcordatis acuminatis duplicato-serratis penninerviis, nervis simplicibus rectis parallelis (involvero fructifero trifido, laciñis linearibus obtusis nervosis, intermedio productiore, nervis in qualibet lacinia tribus subparallelis subæqualibus, rete venoso inter se conjunctis) — Ung., *Gen. et Spec.*, pag. 409 — *Icon. pl. foss.*, tab. 20, fig. 2-5.

Syn. — *Phyllirea latifolia* Procaccini. *Ann. Sc. Nat.*, Bol., 1838, T. I, tab. V, fig. 2, pag. 240, n. 64.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Senogalliam* Italiæ, nec non in calcareo ad *Rodojum* Croatiæ, et *Trofeiach* Stiria.

Observ. Hæc pulcherrima species , cuius cl. Unger descripsit et delineavit fructus ipsos, præsefert folia lanceolato-oblonga , interdum cordata, prædicta brevi petiolo, et marginibus duplicato-serratis , nervis distinctis , quorum laterales sunt paralleli et oppositi, et oriuntur sub angulo acuto e nervo mediano. Meum exemplar si integrum esset, perveniret ad longitudinem duorum pollicum et eo amplius, et ad latitudinem vix unius pollicis.

ULMUS LINN

Ulmus affinis Massal.

Tab. nost. IV, fig. 8.

- U. Folliis breviter petiolatis , lanceolatis acutis, serratis, penninerviis , latere baseos superiori recte truncatis, inferiori rotundatis, costa valida, nervis simplicibus arcuatis æquidistantibus.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Senogalliam* Italæ.

Observ. Folium hoc procul dubio pertinet ad *Ulmaceas*, et exhibet aliquam similitudinem inter plantas fossiles, cum *Comptonia ulmifolia*, *Quercu tenerrima, denticulata* et *plurinervia* Web. sed ab iis diversum omnino est. Videtur potius simillimum *Ulmo longifoliae* Ung., a qua tamen differt ob multo minorem magnitudinem.

Ulmus gypsacea Massal.

- U. Folliis ovatis petiolulatis serratis penninerviis, basi inæqualiter limbatis , costa valida, nervis oppositis alternisve parallelis inæquidistantibus (2. 3 mill.) sub angulo acuto egredientibus, simplicibus , apiceque tantum ramosis.

Syn.—Evonimus europæus. Biacon., loc. cit., pag. 387, tab. XII, fig. 3. — *Ann. delle Sc. Nat. di Bol.*, T. I, 1838.

Abit. In gypso margaceo *Forilivii* Italæ.

Observ. Hoc folium relatum a prof. Bianconi ad genus *Evonimus*, pertinet absque dubio ad *Ulmaceas*, et longum est unum pollicem cum dimidio circiter , latum unum. Nervi sunt paralleli, simplices, et parce ramosi tantum marginem versus. Quum pars superior hujus phyllitidis fracta sit, statui certe nequit ejus forma, basis autem incolmis est, prædicta brevissimo petiolo inæqualibus oris laminæ, ornato.

ARTOCARPEÆ

ARTOCARPIDIUM UNG

Artocarpidium integrifolium Ung.

Tab. nost. III, fig. 8.

- A. Folliis ovatis (acuminatis?) integerrimis penninerviis , nervo medio crasso , nervis secundariis subremotis apicibus arcuatim conjunctis. *Ung. Fl. v. Sot-*

zka, pag. 36 (166), tab. 14 (35), fig. 3-4. — Massal., *Piant. foss. del Vicent.*, pag. 142.

Abit. In gypso margaceo ad *Senogalliam*, nec non in schisto margaceo ad *Chiavon agri Vicentini*, Italiæ, et *Sotzka* Stiria.

Observ. Meum fragmentum aliquanto perfectius est, quam depictum a P. Ungerio: ab eoque qui judicet, statuit apicem folii potius quam acutum ut docuit idem professor, esse obtusum. Quum tamen et mea et Ungerii exemplaria aliquam partem desiderent, characteres hujus folii incerti adhuc evadunt.

BALSAMIFLUÆ.

LIQUIDAMBAR LINN.

Liquidambar affine Massal.

Tab. nost. III, fig. 5.

L. Foliis palmato-subquinquelobis subintegerrimis, basi cordatis, lobis inferioribus brevissimis rotundatis horizontalibus, mediis obtusis erectis ovatis, terminalem late ovato-rotundatum subrepandum, æquantibus: nervis primariis validis, secundariis ramosis, arcuatis, oppositis, alternisve.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Senogalliam* Italiæ.

Observ. Accedit proxime hæc species ad *Acer vitifolium* A. Braun. et *Obtusilobum*. Ung., Ch. Prot., tab. 43, fig. 10-12) si lobi mei exemplaris minus essent divaricati, nec quinque fere numerarentur, et præferrent alium nervorum ordinem.

Longa est plus quam pollicem cum dimidio, lata fere duos, valde cordata, cum costis admodum conspicuis, et nèrvis irregularibus alternisque.

Liquidambar Tyberina Massal.

Tab. nost. II, fig. 2.

L. Foliis petiolatis palmato-trilobis triplinerviis, basi cordatis, lobis lateribus ovatis obtusis adscendentibus integerrimis, terminali lanceolato-acuminato duplo brevioribus: nervis primariis tenuibus, secundariis subobsoletis (*Proeacc. Anat. Fill., Ann. delle Scienze. Nat. di Bol.*, 1838, T. II, tab. II, fig. 2.)

Abit. Cum priore.

Observ. Similitudinem magnam habet hæc species cum *Acero Parschlugiano* et *pseudocampstri* Ung. (Chl. Prot., tab. 43, fig. 5-6), sed ab ipso differt ob formam loborum et integratatem marginum, qui sunt crenati in speciebus Ungerianis. Folium meæ speciei longum est unum pollicem et tres lineas circiter, et tantumdem latum, cum lobis prælongis, et usque ad basim leviviter sinuatam, divisum. E nervis tres tantum medii conspiuntur, lateralium exigua indicia.

Liquidambar Scarabellianum Massal.

Tab. nost. II, fig. 1.

L. Foliis palmato-quinquelobis integerrimis, basi late truncatis quinquenerviis, lobis inferioribus brevissimis rotundatis horizontalibus, mediis lanceolatis erectis acutis, terminali ovato-lanceolato subæqualibus. Nervis primariis validis, secundariis remotis simplicibus alternis.

Abit. Cum prioribus.

Observ. Folium palmato-quinquelobum, ad basim recte truncatum, congrue petiolatum, longum unum pollicem et 8 lineas, et latum ad basim unum circiter pollicem cum dimidio; lobis acutis et lanceolatis, quorum tres medii sunt distinctissimi; longus est quisque unum pollicem, inferiores parum distinguuntur et efficiunt angulum rectum cum limbo, petiolum versus. Nervi præcipui quinque numerantur, quorum tres medii sunt validiores, et offerunt vestigia alternorum et exilium nervorum lateralium. Margo totius folii est integerrimus. Dicatum amicissimo *Scarabelli* claris. geologo Foro-Corneliensi.

Liquidambar Italica Massal.

L. Foliis hastato-subquimquelobis quimquenerviis, basi profunde cordatis, lobis triangularibus subintegerrimis, inferioribus brevioribus deflexis, mediis patentibus, supremum latiusculum subæquantibus, nervis primariis distinctis flexuosis, secundariis alternis tenuibus ramosis.

Syn. — *Acer campestre* Procacc. Ann. delle Sc. Nat. di Bol., 1838, T. I, tab. V, fig. 4, pag. 242, n. 70.

Abit. Cum prioribus.

Observ. Accedit hæc species ad meum *Liquidambar affine*, sed differt ob maiorem loborum divaricationem, et ob æquam longitudinem, et ob formam, et præterea ob nervos et basim multo magis cordatam. Longa est unum circiter pollicem, et lata plus quam duos. Nervi distinctiores sunt tres medii, duo reliqui vix videntur, et omnes flexuosi tenues et ramosiusculi.

SALICINEÆ.

POPULUS TOURN.

Populus Phætonis Viv.

P. Foliis cordatis abbreviato-ovatis acutiusculis quinquenerviis, margine obsolete crenulato, nervis secundariis basilaribus arcuato-adscendentibus alterne ramosis, nervo primario minoribus. — Viv., Mém. Soc. Géol. de Fran. T. I, pag. 433, tab. X, fig. 2. — Ung., Gen. et Sp. pl. foss., p. 418.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Stradellam* prope *Papiam* Italiæ.

Observ. Folium longum plusquam unum pollicem, et latum tantundem, le-
viter cordatum et præditum quinque nervis ramosis prædistinctis; petio-
lum deest, et videtur margine integro fuisse.

Populus Bianconii Massal.

P. Foliis petiolatis cordato-trilobis quinquenerviis, margine integerrimis, lobis
lateralibus brevissimis cuspidatis, medio ovato maximo, nervis primariis
conspicuis, nervis lateralibus crebris alternis oppositisque ramosis.

Syn. — *Populus alba* Biancon loc. cit. *Ann. delle Sc. Nat. di Bol.* 1838, p. 388,
tab. 43, fig. 2, vol. I.

Abit. In argilla ad Senogalliam.

Observ. Folium longum duos circiter pollices, et latum duos ejusque tertiam
partem, congrue petiolatum, tribus lobis, quorum laterales sunt exigui et
acuti, medius deest, nec potest conijci quam longus esset et cujus for-
mæ. « Nervi ejus palmares longitudine et crassitie longe inæquales; me-
» dius longior crassior, basi valde crassus obtusus apice depresso sub-
» occultus ramosus, ramis 4-5 inæquidistantibus flexuosis ramulosis, la-
» terales primi aperti, paulo curvati impari-ramosi, ramis externis 4-5
» irregulariter flexuosis ramulosis, laterales secundi minimi vix antrorsum
» conversi, ramulis suboccultis 3-4, nonnullis occultis » (Bianc. loc. cit.)
Inter fossiles species accedit proxime *Populo leucophyllæ* Ung.

SALIX TOURN.

Salix latifolia Massal.

S. Foliis lanceolatis acuminatis integerrimis penninerviis, nervo primario va-
lido, nervis secundariis sub angulo 45-60° orientibus, 5-8 mill. inter se
remotis, subrectis simplicibusque.

Syn. — *Salix* viv. (pro parte) *Mem.*, loc. cit., tab. X, fig. 4. — *Ung.*
Gen. et spec., pag. 419, ex parte.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Stradellam* prope *Papiam* Italiæ.

Obser. Incertum mihi est cui classi tribuam hanc speciem. Refero ad genus
Salix, habet enim magnam similitudinem cum foliis hujus generis. Acce-
dit proxime ad *Cupanoides myocenicus* Etting. et ad *Salicem grandifoliam*
Web., sed differt ob formam nervorum.

Salix Vivianii Massal.

S. Foliis linearibus lanceolatis ubtusiusculis integerrimis, nervo primario di-
stincto, nervis secundariis oppositis v. alternis parallelis simplicibus ad-
scendentibus.

Syn. — *Salix* Viv. (pro parte) loc. cit. tab. XI, fig. 8 (et 9?) — Ung. loc. cit. (ex parte).

Abit. Cum priore.

Observ. Itidem incertum est, an hujusmodi imago collocanda sit sub genere *Salix*, attamen non subscribo clar. Vivianio, fig. 8-9 (tab. XI) et 4 (tab. X) sui operis, spectare posse ad unum et eundem vegetalem.

LAURINEÆ.

LAURUS LINN.

Laurus obovata Web.

L. Foliis petiolatis oblongis obovato-acuminatis integerrimis, basi attenuatis, nervo primario sensim decrescente, secundariis vix conspicuis, irregulibus arcuatis. Web. *die Tertiär. Fl. der Nied.* tab. III, fig. 4, pag. 66. — Procacc. Ricci. *Ann. delle Scien. Nat. di Bolog.*, vol. II, 1838, pag. 47, N. 4, tab. I, fig. I.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Senogalliam* Italiæ, nec non in arenaceo ad *Quegstein* prope Bonnam.

Observ. Figura hujus speciei a Procaccinio-Riccio exhibita loco citato, quamvis imperfecta, convenit tamen adeo cum specie *Lauri* delineatæ a Webero, ut non dubitem cum illa comparare. Fortasse fig. 2 ejusd. tabulæ *Procaccinii* unum ac idem erit?

DAPHNOGENE UNG.

Daphnogene paradisiaca Ung.

Tab. nost. III, fig. 6.

D. Foliis subcoriaceis petiolatis e basi æquali parum angustata ovato-oblongis acuminatis (remote obtuse dentatis), triplinerviis, nervis secundariis basilaribus simplicissimis curvatis, rete venoso tenuissime excuplo. — Ung., *Gen. et spec.*, pag. 424. — Fl. v. Sotzka, pag. 37 (167), tab. 16 (37), fig. 8-14 et tab. 17 (38), fig. 4-7. — Viv. *Mem. Soc. Géol.*, loc. cit., tab. 9, fig. 4.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Senogalliam* et ad *Stradellam* prope Papiam, in schisto calcareo ad *M. Bolca* Italiæ, nec non ad *Rodobojum* Croatiæ et *Sotzka* Stiriae.

Observ. Meum exemplar, quod est procul dubio species Cl. Prof. Unger, nullum exhibit dentium vestigium ad margines, quos habet integerrimos: id tamen determinationi meæ nullo modo obest, auctor enim ipse folia hujus speciei marginibus integris depixit in *Flora Sotzkana*. Præterea in meo typo nullum conspicitur indicium retis venosi. Folium hoc pergamenacea

mehercule consistentia et natura fuit, reliquit enim præconspicuam in lapide imaginem. — *Daphnogene Paradisiaca* pertinet certe ad Floram *Eoceneam et Miocenicam*.

Daphnogene cinnamomeifolia Ung.?

D. Foliis coriaceis petiolatis e basi æquali ovalibus oblongis obtusis v. acuminatis margine integerrimis triplinerviis, nervis secundariis supra-basilaribus. — Ung., *Gen. et sp.*, 424. — *Syn.*, pag. 217. — *Fl. v. Sotzka*, tab. 18 (38), fig. 7-9.

Syn.? — *Phillites cinnamomeifolia* Brong. *Prodr.*, pag. 209. — *Phyllites cinnamomeus* Rossm. *Beit. 2, Verst. I*, pag. 23, tab. 1, fig. 4-8. — *Viv. Mem. Soc. Géol.*, loc. cit., tab. XI, fig. 2 (?)

Abit. In stagnigeno gypso ad *Stradellam* prope Papiam Italiæ, in schisto margaceo ad *Stradellam* Croatiae ad *OEningen* et *Parschlug*, nec non in arenaceo lignitum ad *Altsattel* Bohemiæ.

Observ. In dubio versor in referenda hac phyllitide, a Vivianio depicta, ad *Daphnogenem Cinnamomeifoliam* Ung., namque mihi videtur potius convenire cum *Ceanotho subrotundo* Alx. Br. Idque solum facio ut opinionem amplectar clar. prof. *Unger* qui eam retulit in sua opera *Genera et species* ad *Daphnogenem cinnamomeifoliam*.

APOCYNEÆ.

APOCYNOPHYLLUM UNG.

Apocynophyllum Russegeri Etting.

Tab. nost. IV, fig. 4.

A. Foliis brevissime petiolatis v. sessilibus lanceolatis vel linear-lanceolatis acuminatis basi angustatis integerrimis sub-coriaceis, nervo primario distincto, nervis secundariis sub angulo 45-60° orientibus, arcuatis, 6-8 mill. inter se remotis. Etting., *fossil. pflanz. aus den Trachitisch.*, pag. 9, tab. 2, fig. 4-6.

Abit. In gypso margaceo ad *Senogalliam* Italiæ, nec non in arenaceo trachytico ad *Heiligenkreuz* prope Kremnitz.

Observ. Meum exemplar multo majus est imaginibus ab *Ettingshauseo* depictis, eisque multo perfectius, tamen puto unum idemque esse quamvis similitudinem exhibeat cum aliis speciebus fossilibus. — Dubito potius de ejus collocatione inter *Apocyneas*, quum videam multas plantas ex ordine *Rubiacearum*, gerere folia huic phyllidi simillima.

EBENACEÆ.

DIOSPYROS LINN.

Diospyros pannonica Ettings.

- E. Foliis ellipticis basi angustioribus, integrerrimis, petiolatis, nervis secundariis undulatis sub angulo 50-60° orientibus, apice ramosis et in rete abeuntibus. Ettings. *Foss. Fl. v. Wien*, pag. 19, tab. 3, fig. 8. — Savi, *Carb. foss. delle Marem.*, loc. cit., tab. II, fig. 9.

Abit. In schisto calcareo phœtido ad M. *Bamboli* Italiæ, nec non in calcareo ad *Vindobonam*.

Obser. Si imago hujus folii a prof. Savio depicta, perfecta sit, ipsa adamussim congruit cum superius descripta specie. Aliæ plures imagines in eadem II.^a tabula depinguntur a prof. Savio, sed eadem sunt nimis imperfectæ; ut eas determinare possimus. Ex ipsis figuræ 4-7 accedunt ad *Bombax Sagorianus* Etting., 13 autem esse posset *Dophnogene* quædam, 6 et 8 fragmentum fortasse *Terminaliæ miocenicae* Web., 11 fortasse *Rhamnus Deckenii* Web., 2 videtur absque ulla dubitatione *Alnus gracilis* Ung.

ERICACEÆ.

ANDROMEDA LINN.

Andromeda? Senogalliensis Massal.

Tab. nost. IV, fig. 3.

- A. Foliis oblongo-obovatis obsolete repandis obtusisve, petiolo lamina sua sextupo v. octuplo breviore, costa valida, nervis simplicibus tenuibus arcuato-adscendentibus inæquidistantibus alternis. — Procacc. Ricc., *Ann. delle Scienz. Nat. Bolog.*, T. I, 1838, tab. IV, fig. I, pag. 195, N. 4.
Abit. In gypso margaceo ad *Senogalliam* Italiæ.

Observe. Vigentium planarum folia complura cum hac planta fossili conferri possent, ejusque determinationem dirigere. — Mihi vero nulli alii generi adscribenda consultius videtur, quam generi *Andromeda*, cuius speciebus similis magnopere appetet. Inter species fossiles, cognitas, forma aliqua *Pyri Troglodytarum*, *Rhododendri Uraniæ*, *Miricæ deperditæ*, *Quercus lignitum*, *Rhamni Eridani* analogiam quamdam exhibet, non tamen ita ut ulla harum specierum possit cum ea confundi.

Andromeda? incerta Massal.

Tab. nost. IV, fig. I.

- A. Foliis oblongis integris obtusis, basi attenuatis, petiolo laminæ dimidium æquante, costa crassiuscula, nervis oppositis alternisve parallelis, sub angulo 45° egredientibus, arcuatim conjunctis 5-8 mill. inter se remotis.

Abit. Cum priore,

Obsr. Multo incertius est hanc plantam, quam praecedentem, sub genere *Andromeda* collocare, nec video, cui alii generi sit potiori jure tribuenda. *Pyrus Troglodytarum*, *Laurus lalages* inter species fossiles prope accedunt, sed characteres omnes non convenient.

VACCINUM LINN.

Vaccinium Acheronticum Ung.

Tab. nost. II, fig. 8.

V. Foliis ovato-lanceolatis obtusiusculis integerrimis petiolatis subcoriaceis, nervo medio distincto, nervis secundariis subtilibus ramosisve. — Ung., Gen. et sp., pag. 440. — *Fl. von Sotzka*, pag. 173, tab. 45, fig. 1-17. — Massal., *Piant. foss. del Vicent.*, pag. 454.

Abit. In gypso margaceo ad *Senogalliam*, in schisto margaceo ad *Salcedo* et *Chiavon* agri Vicentini Italiæ, nec non ad *Sotzka* Stiriae et *Radobojum* Croatiae.

Observ. Convenit omnino meum exemplar cum diagrammatibus 5 et 15, tab. 26.

Floræ Sotzkanæ quæ exhibent folia juniora *Vaccinii Acherontici* Ung. Folia hujus speciei pollicis et pollicis cum dimidio longitudinem attigunt, latitudinem medii pollicis et 3-4 lineas. Exemplar parvum Senogallienense quod describo, longum est paulo plus medio pollice, latum lineas tres, petiolo brevi, indiciisque vix sensibilibus nervorum lateralium. Inter species *Vaccinii* vigentes accedit ad folia *V. Tenelli* Ait. *Orientalis*, *hispiduli* Ait., *macrocarpi*, *oxicocci*, *obtusi*, *alaternoidis*; differt tamen vel ob majorem minoremve magnitudinem, vel ob apicem plus minusve obtusum.

CORNEÆ.

CORNUS TOURN.

Cornus? *ambigua* Massal.

Cor. Foliis oblongis integris brevissime petiolatis penninerviis, apice subacutis, costa conspicua, nervis parallelis simplicibus. — Viv., *Mem. Soc. Géol.*, loc. cit., tab. X, fig. 5.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Stradellam* prope Papiam Italiæ.

Observ. Vivianius ne verbum quidem profert de hac phyllitide, ipsa tamen quam maxime congruit cum *Sapindaceis* et *Corneis*, et mea quidem sententia eum his magis quam cum illis.

MAGNOLIACEÆ.

LIRIODENDRON LINN.

Liriodendron Procaccini Ung.

- L. Foliis trilobis, lobo medio maximo truncato-emarginato, lobis lateralibus obtusis v. acutis integerrimis, nervis secundariis pinnatis sub simplicibus. — Ung., *Gen. et sp.*, pag. 443. — Procacc., *Progress. delle Scienze Nap. XI, 1825*, fig. 41, 66, 70, 424.

Abit. In gyporum stratis ad *S. Angelo* et *S. Gaudenzio* prope *Senogalliam* Italiæ.

STERCULIACEÆ.

STERCULIA LINN.

Sterculia acerites Massal.

Tab. nost. I, fig. 4.

- S. Foliis petiolatis cordato-subrotundis integerrimis quinquenerviis, apice trilobis, lobis lateralibus acuminatis, lobo medio ovato-acuto brevioribus, nervis primariis conspicuis, inferioribus curvatis, nervis secundariis alternis inæqualibus ramosis.

Abit. In schisto margaceo ad *Senogalliam* Italiæ.

Observ. Folium cordato-trilobum, lobis acutis et integerrimis, longum tres pollices, latum duos cum dimidio si totum superesset, quinque nervis præcipuis e quibus laterales obliquiores, et in arcum vergentes, prædicti ad latera plurimis et alternis iisque ramosis venis, sub angulo acuto orientibus. — Collocassem libenter hoc folium inter *Acerites*, offert enim similitudines non exiguae cum speciebus hujus generis: magis tamen placet referre ad *Sterculiaceas* ut cum cl. prof. Ungero conveniam. Inter species fossiles accedit ad *Acerum vitifolium* A. Br. et *dubium* Web. sed differt ob margines integros.

ACERINEÆ.

ACERITES VIV.

Acerites sicifolius Viv.

Tab. nost. I, fig. 1.

- A. Foliis longe petiolatis magnis subcordato-trilobis, lobis obtusis sinuato-dentatis, medio productiore subtrilobo, nervis secundariis pinnatis, insimis maximis. Ung., *Gen. et sp.*, pag. 452. — Viv., *Mém. Soc. Géol. de Franc.*, 1833, I, pag. 434, tab. 9, fig. 5.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Stradellam* prope *Papiam*, nec non ad *Senogalliam* Italiæ, et *Freiberg* Stiriae.

Observ. Folium longum plus quam tres pollices cum dimidio, petiolo non comprehendens; latum quatuor circiter cum dimidio, forma cordato-triloba, lobis obtusioribus sinuato-dentatis, quorum medius, folium medium exaequat longitudine. Petiolus in meo exemplari quamvis abscessus, longior est pollice et tertia parte, et paulo latior millimetro, duobus autem ad basim, unde exeunt nervi tres praecipui, qui medium secant quemque lobum, et ad latera minores gerunt nervos, semper alternos et fere parallelos. Nervi laterales habent ad latera 9-10 nervos minores, e quibus qui sunt ad basim validiores, qui ad apicem tenuiores et frequentiores.

Venæ inter se fere parallelæ et ut nervi minores nascuntur sub angulo 65-70 graduum, ad apicem dividuntur et conjunguntur venis superiorum nervorum. — Impressio levis foliorum, contra nervorum et petioli, impressio conspicua: quo patet validis admodum nervis, et natura membranacea hanc speciem fuisse. — Inter species vigentes congruit cum *Acero platanoide*.

Acerites integerrimus Viv.

Tab. post. I., fig. 3.

A. Foliis basi cordatis palmato-quinquelobis, lobis lanceolatis acutis integerimis. Ung., loc. cit. — Viv., loc. cit., tab. 44, fig. 6.

Syn. — Acer campestre Bianconi? *Syst. vasc. delle Fill.*, *Ann. di Bologn.*,
pag. 387, tab. 43, fig. 1?

Abit. In stagnigeno gypso ad Stradellam prope Papiam, ad Senogalliam Italiæ, nec non ad Freibera Stiriae et Swosrowice Galicie.

Observ. Folium cordatum palmato-quinquelobum, longum tres pollices, et tertiam partem, latum tantundem, lobis lanceolato-acutis, nervi præcipui omnes prædistincti, — laterales exigui arcuato-ascendentes, indicio venarum nullo. E speciebus vigentibus accedit proxime ad *Aceres dasicarpa* et *rubra*. Prætermittere tamen nequeo ejus analogiam cum foliis *Sterculiacearum* et *Balsamifluearum*, et inter cætera cum speciebus generis *Liquidambar*. Simillima est hæc *Vivianii* species cum *Sterculia Vindobonensi* *Etting*. vel potius *Liquidambar*, quæ differt nulla alia de causa, quam quod habet basim multo magis cordatam, nervos secundarios frequentiores, et lobos fortasse breviores ac obtusiores.

Acerites elongatus Viv.

A. Foliis oblongis trilobis integerrimis, lobo medio maximo, lobis lateralibus patentibus, nervis pinnatis insimis maximis. — Ung., *Gen. et sp.*, pag. 452. — Viv., loc. cit., tab. 40, fig. 3.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Stradellam* prope Papiam Italiæ.

Observ. Folium plus quam 4 pollices longum, tres vero latum, forma irregulariter triloba, lobisque lateralibus vix distinctis, et medio magno, dimidiam folii longitudinem superante. — Costa est valida, nervi simplices alterni, et sub angulo 35-40° e costa egredientes. Margo totius folii integerrimus. Inter species viventes convenit cum *Acero cretico* Linn.

ACER MÖNCH.

Acer productum A. Braun.

A. Foliis petiolatis basi truncatis palmato-trilobis inciso-dentatis acuminatis, lobo medio productissimo, samaræ magnæ ala extensa, margine inferiore rotundato. — Ung., *Gen. et sp.*, pag. 451. — A. Braun. *Neus. Jharb.*, 1845, pag. 172. — Ung. chl. prot. pag. 434, tab. 41, fig. 1-9. — Massal., *Piant. foss. Vicent.*, pag. 188. — Viv., loc. cit., tab. XI, fig. 5.

Abit. In stagnigeno gypso ad *Stradellam* prope Papiam, in schisto margaceo ad *Salcedo* et *Chiavon* agri Vicentini Italiæ, nec non in terra lignitum ad *Oeningen*, *Bilinum*, *Parschlug* et *Arnfels*.

Observ. Convenit omnino hæc imago a Vivianio depicta cum figura 2, tab. 42 *Chloris Protogæe*. — Inter plantas viventes congruit cum *Acero dasycarpo*.

Acer integrilobum Web.

A. Foliis palmato-trilobis basi rotundatis v. subcordatis integris vel subintegratis, lobis longe acuminatis, medio producto; sinubus acutis. — Web. die Tertiär. *Flora der Nieder.*, pag. 82, tab. 5, fig. 5.

Syn. — *Acer monspessulanum* Viv., *Mem. Soc. Géol.*, loc. cit., tab. 10, fig. , pag. 130. (Ung., *Gen. et sp.*, pag. 449).

Abit. In stagnigeno gypso ad *Stradellam* prope Papiam Italiæ, nec non in terra lignitum ad *Stosschen* ad Rott., in arenaceo ad *Quegstein* prope Bonnm.

Observ. Professor Ungerius retulit dubitans hanc imaginem a Vivianio depictam, ad ejus *Acerum pseudomonspessulanum* (Chl. prot., tab. 42, fig. 1-4). — Ego tamen arbitror referendam esse ad superiorius descriptam a Webero speciem, nisi et ipsa referenda sit ad speciem ipsam Ungerianam, sive ad ejus *Acerum Sotzkianum*.

MALPIGHIACEÆ.

MALPIGHIASTRUM UNG.

Malpighiastrum lanceolatum Ung.

Tab. nost. II, fig. 12.

M. Foliis lanceolatis acuminatis petiolatis integerrimis subcoriaceis, nervis secundariis majoribus cum minoribus alternantibus. Ung., Fl. v. Sotzka, tab. 29 (50), fig. 6-7, pag. 46 (176). — Web., loc. cit., tab. V, fig. 7.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Senogalliam* Italiæ, nec non informatione eo-cenica ad *Sotzka* Stiriae et *Rodobojum* Croatiæ.

Observ. *Rhamnus Dechenii* Web. foliolumque aliquod *Cassiae phaseolitidis* Ung. *Palæolobii heterophylli*. Ung. *Celastris elæni* Ung. et nonnullum etiam foliolum *Glycirrhizzæ deperditæ* Ung., cum folio de quo dissero congruere aliqua ex parte videntur. Nullum tamen cum eo ita convenit ut fig. 6, tab. 29, flor. Sotk., ideoque illi speciei nullo metu adscribo.

ILICINEÆ.

ILEX LINN.

Ilex Stenophylla Ung.

Tab. nost. II, fig. 8, et tab. IV, fig. 11.

I. Foliis breviter petiolatis linear-lanceolatis obtusis, margine subrevolutis, costa media notatis. Ung., *Gen. et Sp.*, pag. 461. — Chl. Prot., pag. 149, tab. 50, fig. 10-11. — Procacc. Ricc. *Anat. Fill. Senog.*, *Ann. di Bol.* 1838, T. II, tab. 2, fig. 4.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Senogalliam* Italiæ, nec non ad *Rodobojum* Croatiæ.

Observ. Folium longum paulo plus quam pollicem, latum 4 ad 6 lineas, forma lanceolato-obtusa, nervo tantum medio distinto, et petiolo prævalido. Inter species vigentes accedit ad *Ilicem angustifoliam* Americæ septentrionalis.

RHAMNEÆ.

CEANOTHUS LINN.

Ceanothus subrotundus A. Braun.

Tab. nost. II, fig. 9.

C. Foliis suborbicularibus v. obovatis acuminatis basi rotundatis v. in petiolum attenuatis, integerrimis triplinerviis, nervis secundariis infimis subbasilaribus extrorsum ramosis, reliquis subsimplicibus. — Ung., *Gen. et Sp.*,

pag. 665-66. — Chl. *Protog.*, p. 144, tab. 4, fig. 7. — Web., loc. cit. tab. 6, fig. 6.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Senogalliam* Italiæ, in schisto margaceo ad *Parsehlung* Stiriæ, ad *Oeningen* Magniducatus Badensis, nec non ad *Rodobojum* Croatiæ.

Observ. Folium hujus speciei longum est fere duos pollices, latum vix unum, servatum est feliciter, distinctos habet nervum medium, et duos laterales, qui prope basim incipiunt et ad latera gerunt venas alternas, quæ nascuntur sub angulo recto et ad apicem sejunguntur.

C O M B R E T A C E Æ.

GETONIA ROXB.

Getonia Oeningensis Ung?

Tab. nost. IV, fig. 12.

G. Calicis limbo persistente, campanulato, membranaceo, quadrifido, lacinis ovatis plurinerviis, nervis reticulatis. Ung., *Gen. et Sp. pl. foss.*, pag. 478. Web., *Tertiär. Flor. der Nied.*, tab. 7, fig. 2.

Syn. — *Antholitus Oeningensis* Al. Braun. Mansc. — *Viburnum Oeningense* König. *Icon. foss. Sect.* — *Cordia tiliæfolia* A. Braun *Neus. Ihrb. für Min.*, 1845, pag. 170.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Senogalliam* Italiæ, nec non in schisto margaceo ad *Oeningen* et in terra lignitum ad *Orsberg* prope Bonnam.

Observ. Incertus aliquandiu fui, ad quam speciem referenda hæc planta esset. Videbatur quippe nova aliqua *Getoniae* species, potius quam *Getonia Oningensis* Ung. differt enim hoc fragmentum, quod aliquanto majus et minus obtusum est. Forma tamen et venarum dipositione convenit omnino.

P O M A C E Æ.

PYRUS LINN.

Pyrus Troglodytarum Ung.

Tab. nost. II, fig. 5.

P. Foliis petiolatis ovato-oblongis bi-tri-quadrì-pollicaribus obtusis integerrimis penninerviis, saepius deformibus, nervo primario valido, nervis secundariis simplicibus curvatis alternis. Ung., *Gen. et Sp.*, pag. 481. — Fl. v. Sotzk, tab. 58, fig. 4-10. — Massal. *Piant. foss. del Vicent.*, pag. 205.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Senogalliam*, in calcareo margaceo ad *Chiavon agri* Vicentini Italiæ, nec non ad *Trofeiach* et *Rodobojum* Croatiæ.

Observ. Ad nullam æquius speciem referendam plantam arbitror, quam ad

Pyrum Troglodytarum Ung. : *Rhamnus aizoon*, *Pyrus Euphemes* et præcipue *P. Theobroma* ejusdem auctoris, multas equidem magnasque cum ea similitudines habent: tamen carent characteribus quibus huic speciei typum Senogallensem tribuamus. Nonnulla ex multis diagrammatibus a prof. Ungerio exhibitis *Pyri Troglodytarum* in Flora Sotzkana, et in primis fig. 9, tab. 58, convenit prope omnino cum meo exemplari.

PAPILIONACEÆ.

LEGUMINOSITES BOWERB.

Leguminosites Viviani Massal.

L. Foliis ovato-lanceolatis acutis, basi rotundatis integerrimis, nervo primario valido, secundariis sparsis obsoletis.

Syn. — *Coriaria myrtifolia* Viv. Mem. Soc. Géol., loc. cit., tab. 44, fig. 3. —
Ung. Gen. et Spec. pl. foss., pag. 456.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Stradellam* prope Papiam Italiæ.

Observ. Folium longum duos vel tres pollices circiter, latum vero a 9 lineis ad unum pollicem, forma lanceolato-acutum, basique subrotundum: costa est valida, nervi tenues et alterni inter se valde distantes, simplices et sub angulo acuto orientes. Valde miror Vivianum perspexisse omnimodam similitudinem hujus folii cum *Coriaria myrtifolia*, et eo usque pervenisse, ut adfirmaret ita parem esse ac si super folia hujus speciei depicta fuisse. *Coriaria myrtifolia* præbet folia triplinervia, nihilque commune habet cum specie oppidi *Stradella*, quam folii nomen.

Leguminosites Macheroides Etting.?

L. Foliis pinnatis, foliolis ovato-ellipticis integerrimis acutis, coriaceis, basi subcordatis vel rotundis sessilibus, nervis secundariis tenuissimis, curvatis (apice sæpius ramosis et in rete ténerrimo resolutis) Etting., foss. Fl. v. Wien., pag. 24, tab. 5, fig. 4. — Vivian., loc. cit., tab. 44, fig. 4?

Abit. In stagnigeno gypso ad *Stradellam* prope Papiam Italiæ, nec non in schisto margaceo ad *Vindobonam*.

Observ. Male equidem depictum exemplar Vivianii, ut possit tuto statui ad quam speciem revera pertineat: accedit tamen procul dubio ad speciem supra descriptam, *Ettingshausii*. — Suspicionem quamdam proferre debo; differt ne hic typus Vivianii ab ejus *Coriaria myrtifolia*? Ilæc autem differt sine dubio a *Legum. Macheroides* et *ingæfolius* Etting.? Aut quatuor omnes species sunt omnino unum??

PALÆOLOBIUM UNG.

Palæolobium Hæringianum Ung.

Tab. nost. IV, fig. 7, et tab. II, fig. 7.

P. Foliis lanceolatis apiculatis integerrimis, nervis secundariis plurimis simplicibus parallelis.—Ung., *Gen. et Sp.*, pag. 490.—Fl. von Sotzk., tab. 44, fig. 8-10, pag. 56.

Abit. In gypso stagnigeno ad *Senogalliam* Italiæ, nec non in schisto margaceo ad *Hæring* Tirolis.

Observ. Nullum relinquit dubium plantæ hujus determinatio: convenit enim omnino cum specie Ungeriana. In meo exemplari folium est longum paulo plus pollice, latum 9-8 lineas, quoad fructum hujus speciei singularem, vide quæ scripsit cl. Unger, et quod nosmetipsi tradimus, loquentes de nostro *Carpolite hyophorbioides*, pag. 230 nostrarum *Osservazioni sulle piante fossili del Vicentino*. Padova, 1851.

NOTÆ.

(*) *Opera de plantis fossilibus ab Italib hactenus edita, quæ ego noverim, sunt sequentia:*

VIVIANI. Lettre à M. Pareto sur les restes de Plantes fossiles trouvés dans les gypses tertiaires de la Stradella près Pavie 7 pag., 3 tab. (*Mémoires de la Soc. Géol. de France. T. I, 4.^{er} part., 1833, n. vii.*)

PROCACCINI-RICCI. Lettera prima al prof. Ant. Alessandrini, sull'anatomia delle filliti Sinigagliesi, pag. 23, 2 tab. (*Annal. di Bolog. Ann. I, tom. I, 1838, pag. 190-213, tav. iv-v.*)

PROCACCINI-RICCI. Lettera seconda al prof. Alessandrini sull'Anatomia delle filliti Sinigagliesi. pag. 22, tab. 2. (*Annal. di Bolog., 1838, tom. II, pag. 14-56, tav. 1-2.*)

PROCACCINI-RICCI. Lettera terza al prof. Alessandrini sui vegetabili fossili delle colline Sinigagliesi. (*Annali di Bolog., Ann. II, vol. IV, pag. 427-438.*)

PROCACCINI-RICCI. Un cenno sul colore delle filliti Sinigagliesi. (*Annal. di Bolog., Ann. III, tom. V, pag. 265-278.*)

PROCACCINI-RICCI. Lettera al direttore del giornale intitolato *Il Progresso delle Scienze, delle lettere e delle arti in Napoli.* (Napoli, 1838, *il Progresso*, quader. XXII, p. 211, 218.)

PROCACCINI-RICCI. Lettera al cav. Lodovico Bianchini sulle filliti Sinigagliesi. (Napoli, *il Progresso*, 1836, quader. XXX, pag. 202-206.)

PROCACCINI-RICCI. Lettera II al cav. Bianchini sulle filliti Sinigagliesi. (Napoli, 1837, quader. XXXIV, pag. 238-247.)

PROCACCINI-RICCI. Lettera IV, sui Filliti Sinigagliesi. (*Il Progresso*, Napoli, 1838, ann. 7, quader. 42, pag. 197-214.)

PROCACCINI-RICCI. Osservazioni sulle gessage del territorio Sinigagliese, sui filitti, gli ittioliti ed altri oggetti contenuti nelle medesime. (Roma, 1828, presso Vic. Poggiali, 8.^o, 102 pag., 5 tab.)

G. Prof. BIANCONI. Sistema vascolare delle foglie, considerato come carattere distintivo per la determinazione delle filliti (*Annal. di Bolog., tom. I, 1838, pag. 543-590, 7 tab. lit.*)

MASSALONGO. Schizzo geognostico sulla Valle del Progno o torrente d'Illasi, con un saggio sulla Flora primordiale del M. Bolca (*Praeludium Floræ fossilis Bolcensis*). Verona, 1850, 8.^o, 78 pag., tipogr. Antonelli.

MASSALONGO. Sopra le piante fossili dei terreni terziarii del Vicentino. Osservazioni etc. (Padova, tipogr. Bianchi, 1851, 8.^o, 264 pag.)

MASSALONGO. Conspectus Floræ tertiariae orbis primævi. (Patavii, typis An. Bianchi, 1852, 12.^o 37 pag.)

MASSALONGO. Synopsis palmarum fossilium (Prag., 1852, 18 pag., *Aus den Natur.-historische Vereins Actas Febr.*)

MASSALONGO. Sapindacearum fossilium Monographia (Veronæ, typis Ramanzinianis, 1852, 8.^o, 28 pag., 6 tab. lithog.)

MASSALONGO. Nota sopra due frutti fossili del bacino lignitico di Leffe (*Ann. di Bologna*, 7 ottobre, 1852, 7 pag., tav. litog.)

MASSALONGO. Breve rivista dei frutti fossili di *Noce*, e descrizione di due nuove specie (*Ann. di Bologna*, 1852, genn. e febbr., 1 tab. litog., 8 pag.)

MASSALONGO. Enumerazione delle piante fossili miocene fino ad ora conosciute in Italia (Verona, 1853, tipogr. Antonelli, 8.^o, 32 pag.)

MASSALONGO. De gramineis in statu fossili brevis commentatio (Ratisbonæ, 1853, Flora 7 mar., n. 9, pag. 129-153, cum 1 tab. lith.)

TORNABENE D. F. Prof. Intorno ad alcune impronte di foglie e fusti vegetali che trovansi nella formazione dell'argilla presso *Catania*. 5 pag.

Hic dumtaxat recensui auctores Italos qui scripserunt de plantis fossilibus in peculiaribus operibus, ideoque silentio præterivi qui obiter tantum de iis in generalibus operibus tractaverunt. Si mihi opus esset commemorare eos qui majorem numerum descripserunt plantarum fossilium italarum, recensendi essent Savi et Meneghini (*Mem. sulla Strat. Geol. delle Al. Ven. etc. Firenze*, 1851), Parlatore (*Letter al prof. Savi*); Savi (*Carb. Foss. delle Marem.*), Faujas Saint-Fond (*Mémoires sur quelq. foss. rares de Vestena, etc. Annales du Mus.*, vol. 3, 1804), Rozan (*Conjecture sur les plan. foss. de M. Bolca. Napoli*, 1823), Brongniart A. (*Prodromus, Histoire, Descript. géol. des env. de Paris*), Sternberg (*Versuch, etc. Unger* (*Synopsis, Genera et species, Chloris Prot., Iconographia*), Münster (*Beiträge*), Scheuchzer (*herbar. Diluv.*) etc. etc. etc.

PROSPECTUS

Floræ fossilis Senogalliensis, cum aliis floris fossilibus comparatae.

PLANTÆ FOSSILES SENOGALLIENSES	LOCA ALIA IN QUIBUS REPERIUNTUR.	ANALOGIÆ CUM PLANTIS VIVENTIBUS.
<i>Taxodites dubius Sternb.</i>	<i>Bilin, Parschlug</i>	<i>Taxodium disticum Richard.</i> Amer. Bor.
<i>Pinites saturni Goepp.</i>	<i>Rodoboj.</i>	• • • • •
<i>Araucarites Sternbergii Goepp.</i>	<i>Sotzka, Salcedo, Chiavon, Hæring, etc.</i>	• • • • •
<i>Taxites Langsdorfi Brong.</i>	<i>Rott, Quegstein, Zillingsdorf, Vindobon., Swosrowic, Wildshuth, Niddam, etc.</i>	• • • • •
<i>Salisburia adjointoides Ung.</i>	• • • • •	<i>Salisburia adjantifolia Sm.</i> Japon.
<i>Alnites venosa Massal.</i>	• • • • •	• • • • •
<i>Alnites incerta Massal.</i>	• • • • •	? <i>Alnus jorullense Kunth.</i> Mexic.
<i>Quercus drimeja Ung.</i>	<i>Stradella, Sotzka, Parschlug, Segor</i>	<i>Quercus xalapensis Humb. et Bonpl.</i> Mexic.
<i>Quercus urophylla Ung.</i>	<i>Sotzka, Chiavon, Parschlug,</i>	<i>Quercus caudata Lindl.</i> Sib. Subtp.
<i>Quercus myrtilloides Ung.</i>	<i>Parschlug.</i>	<i>Quercus myrtifolia Wild.</i> Am. septent.
<i>Quercus Senogalliensis Massal.</i>	• • • • •	<i>Quercus Prinos et acuminata Am. septent.</i>
<i>Quercus zelkovæfolia Massal.</i>	<i>Sotzka, Parschlug, Swosrowic, Quegstein, Rott, etc. etc. Wien, Bilin, Hæring</i>	• • • • •
<i>Quercus serra Ung.</i>	<i>Parschlug.</i>	<i>Planera Richardi et crenata Spach.</i> Am. sept.
<i>Quercus mediterranea Ung.</i>	<i>Parschlug.</i>	• • • • •
<i>Carpinus grandis Ung.</i>	<i>Radoboj, Trofeiach</i>	• • • • •
<i>Fagus deucalionis Ung.</i>	• • • • •	<i>Fagus ferruginea Am. septent.</i>
<i>Castanea atavia Ung.</i>	• • • • •	<i>Castanea pumila Mill.</i> Am. septent.
<i>Ulmus affinis Massal.</i>	• • • • •	• • • • •
<i>Artocarpidium integrifolium Ung.</i>	<i>Sotzka, Chiavon.</i>	<i>Olmeda Spec.</i> Perù.
<i>Liquidambar affine Massal.</i>	• • • • •	• • • • •
<i>Liquidambar Tyberina Massal.</i>	• • • • •	<i>Liquidambar Spec.</i> Amer. Bor. et Mexic.
<i>Liquidambar Scarabellianum Massal.</i>	• • • • •	• • • • •
<i>Liquidambar Italica Massal.</i>	• • • • •	<i>Populus alba.</i> Europ. Asia.
<i>Populus Bianconii Massal.</i>	• • • • •	<i>Phoebe lanceolata.</i> Ind. Orient. et Trop.
<i>Laurus obovata Web.</i>	<i>Quegstein</i>	• • • • •
<i>Daphnogene cinnamomeifolia Ung.</i>	<i>Stradella, Oeningen, Parschlug,</i>	<i>Cinnamomi Spec.</i> Ind. Orient. et Trop.
<i>Daphnogene paradisiaca Ung.</i>	<i>Stradella, Bolca, Sotzka, Radoboj,</i>	• • • • •
<i>Apocynophyllum Russegeri Ettings.</i>	<i>Heiligenkreutz</i>	<i>Apocineæ Spec.</i> Amer. Trop.
<i>Andromeda? Senogalliensis Massal.</i>	• • • • •	• • • • •
<i>Andromeda? incerta Massal.</i>	• • • • •	<i>Andromeda eucalyptoides Dc.</i> Brasil.
<i>Vaccinium acheronticum Ung.</i>	<i>Sotzka, Radoboj, Chiavon,</i>	• • • • •
<i>Liriodendron Procaccini Ung.</i>	• • • • •	<i>Vaccinium ovatum Parsch.</i> Am. Bor.
<i>Sterculia acerites Massal.</i>	• • • • •	<i>Liriodendron tulipifera Am. Bor.</i>
<i>Acerites ficifolius Viv.</i>	<i>Stradella, Freiberg etc.</i>	? <i>Sterculia alata Roxb.</i> Ind. Orient.
<i>Acerites integerrimus Viv.</i>	<i>Stradella, Freiberg, Swosrowic, etc.</i>	<i>Acer platanoides.</i> Europ.
<i>Malpighiastrum lanceolatum Ung.</i>	<i>Sotzka, Radoboj,</i>	• • • • •
<i>Ilex stenophylla Ung.</i>	<i>Radoboj,</i>	<i>Ilex angustifolia Am. Septent.</i>
<i>Ceanothus subrotundus A. Braun.</i>	<i>Radoboj, Parschlug, Oeningen etc.</i>	• • • • •
<i>Cetonia cœningensis? Ung.</i>	<i>Oeningen</i>	<i>Bucida buceros Jamaj.</i>
<i>Pyrus troglodytarum Ung.</i>	<i>Radoboj, Chiavon, Trofeiach, Sotzka etc.</i>	<i>Pyrus Michauxii Bosc.</i> Am. Bor.
<i>Palæotolobium Hæringianum Ung.</i>	<i>Hæring</i>	• • • • •

*Estratto dal Giornale dell' I. R. Istituto Lombardo di scienze, lettere ed arti
Tomo V della Nuova Serie.*




Fig. 1. *Acerites sieboldii* Vio.
Fig. 3. *Acerites integrifolius* Vio.

Fig. 2. *Quercus eleocephala* Massal.
Fig. 4. *Stereckia acerites* Massal.

Milano Litog. Vanalli






Fig. 1 *Liquidambar scarabellianum* Massal
2 *Liquidambar Tyberina* Massal
3 *Pyrus Troglodytatum* Ung.
4 *Pinius Saturnii* Capp.

Fig. 5 *Quercus uropbylla* Ung.
6 *Ilex oleophylla* Ung.
7 *Palaeolobium haeringianum* Ung.
8 *Vaccinium acheroulicum* Ung.

Fig. 9 *Cedrothus subciliatus* A. Braun
10 *Taxites langsdorfi* Brong.
11 *Quercus myrtilloides* Ung.
12 *Malpighiastrum lanceolatum* Ung






Fig. 1 *Quercus digyna* Ulug.

Fig. 2, 4, 7. *Castanea atavia* Ulug.

Fig. 3. *Carpinus grandis* Ulug.

Fig. 5. *Liquidambar affine* Masal.

Fig. 6. *Daphnogene paradiaca* Ulug.

Fig. 8. *Orthocarpidium integrifolium* Ulug.

Fig. 9. *Quercus zelkovaefolia* Masal.

Milano litog Vassalli





Fig. 1 *Andromeda incerta* Massal.
2 *Ulmites venosa* Massal.
3 *Andromeda crenogallucinaria* Massal.
4 *Apoxyophyllum Russigeri* Elling.

Fig. 5 *Quercus sera* Ulug.
6 *Faxodites dubius* Steinb.
7 *Palaeolobium hæringianum* Ulug.
8 *Ulmus affinis* Massal.

Fig. 9 *Araacarites steinbergii* Gopp.
10 *Quercus crenogallucinaria* Massal.
11 *Ellex crenophylla* Ulug.
12 *Gelonia Oeningensis?* Ulug.

Bilane litho. Verzallo





ERRATA GRAVIORA

CORRIGE

Pag.	Lin.		
3	— 10	irritum	irrita
	— 17	versatur.	versetur
•	— 27	Ichthiolitogiam	Ichtiolithogiam
4	— 28	hæc	hæ
5	— 15	Sysm	Sism
•	— 33	aliquanto	aliquando
•	— 15	Ichthiolites	Ichthiolites
•	— 35	gypsum	gypsum
•	— 38	hic	illud
•	— 39	hic	hoc
7	— 3	æquæ	æque
•	— 35	oponio	opinio
10	— 7	apporteret	oporteret
•	— 8	Piniti Gœthani	Pinitidi Gœthano
11	— 16	Taxitide	Taxitidi
12	— 26	venoso conspicuo tetragono	venosum conspicuum tetragonum
•	— 34	ad omnibus	ab omnibus
13	— 30	preferentium	prœferentium
•	— »	Diluvianum	Diluvianam
14	— 10	præcipuæ	præcipue
•	— 31	interse	inter se
16	— 19	Quercus Papiense	Quercus Papiensis
18	— 8	expressus	expressum
•	— »	icon exhibito	icone exhibita
•	— 26	Capinus	Carpinus
20	— 25	Liquidambar Tyberina	Liquidambar Tyberinum
•	— 38	leviviter	leviter
21	— 17	Liquidambar Italica	Liquidambar Italicum
•	— 18	subquinquelobis quimquenerviis	subquinquelobis quinque nerviis
22	— 5	quinqne nervis	quinquenerviis
•	— 4	petiolum	petiolus
23	— 6	eundem vegetalem	idem vegetable
24	— 18	sua opera	suo opere
26	— 3	alii	alio
•	— 18	attigunt	attingunt
27	— 26	Acerum	Acer
28	— 28	Aceres	Acera
•	— 34	eum his	cum his
29	— 6	Acero	Acere
32	— »	convenit	conveniunt
53	— 12	tradimus	tradidimus
7 et alibi		Abit.	Habit.



To avoid fine, this book should be returned on
or before the date last stamped below

10M-10-47

NAT.HIST.MUSEUM,
send to dep't

561.945 Massalongo, A.B.
Prodromus flora
M414

f

NAME

DATE

750637

CALIF ACAD OF SCIENCES LIBRARY

3 1853 00052 1091